

Cambridge University Press
 978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2
 Edited by Otto Ribbeck
 Excerpt
[More information](#)

P. VERGILI MARONIS
 A E N E I D O S
 LIBER SEPTIMVS.

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,
 aeternam moriens famam, Caieta, dedisti;
 et nunc servat honos sedem tuus ossaque nomen
 Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.
 at pius exequiis Aeneas rite solutis, 5
 aggere composito tumuli, posquam alta quierunt
 aequora, tendit iter velis portumque relinquit.
 adspirant aurae in noctem nec candida cursus

TESTIMONIA. Aeneidos VII 1sq. fragm. Bob. de pronom. V 565 K.
 1 Priscianus 1033. 1255 P. Probi inst. IV 145 K. (cf. Audacis exc. VII
 350 K.) Consentius V 398 K. 'tu q. l. n.' ult. syll. IV 251 K. Servius
 Aen. I 290 ecl. VI 1 'tu q.' ult. syll. IV 232 K. 'Aeneia n.' Cha-
 risius I 274 K. Diomedes I 459 K. 2 Fulgentius de contin. Verg.
 p. 762 St. 3 Servius Aen. III 319 VI 152 4 'si qua . . . signant'
 Servius Aen. X 828 8 'adspirant . . . noctem' Servius Aen. II 385
 8 sq. 'nec . . . negat' schol. Hor. epod. X 9

VARIA LECTIO. AENEIDOS VII. 2 FAMAMMORIENS *Py*
 3 servat *test. Servius.* signat *et v.* 4 servant *coni. Schaperus,* *te-*
mere tuof c 4 SIGNANT *MPy1, Servii Aen. X 828*
codd. 5—9. 10—30 *F* 5 AENEAS EXEQUIIS *M* AENEAS
 EXSEQUIIS *R* 6 posquā b1 POSTQVAM *ceteri* 'quierunt:
Hebrus quierant legit' Servius (hebrus *Regin.* Acron Helenius *Parr-*
hasius epist. qu. IV cf. *prol.* 174 sqq. *et Hageni schol. Bern.* 731 sq.):
 cf. IV 523, contra VI 102. 226 XI 300 7 PORTVS *Py,*
commendatur exemplis hisce: III 10. 124. 289 *et* III 219. 254. 382
 IV 612 V 32. 57. 813 VI 366 VII 22 reliquit *cm* 8 Aspi-
 rant b curfū c2 (curful c1) CVRSV *R* cursum *schol. Hor.*
 35*

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

534

VERGILI AENEIS VII

Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
proxima Circaeae raduntur litora terrae, 10
dives inaccessos ubi Solis filia lucos
adsiduo resonat cantu tectisque superbis
urit odoratam nocturna in lumina caedrum,
arguto tenuis percurrrens pectine telas.
hinc exaudiri gemitus iraeque leonum 15
vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,
saetigerique sues atque in praesepibus ursi
saevire ac formae magnorum ululare luporum,
quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
induerat Circe in voltus ac terga ferarum. 20
quae ne monstra pii paterentur talia Troes
delati in portus neu litora dira subirent,
Neptunus ventis implevit vela secundis
atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit.

Iamque rubescebat radiis mare et aethere ab alto 25
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:

TESTIMONIA. 9 'splendet . . . pontus' Macrobius Sat. VI 4, 7 comm. Bern. Lucani V 446 U. schol. Hor. carm. II 5, 19 10—14 Macrobius Sat. V 12, 7 11 Servius Aen. IX 26. 641 ge. III 5 'inaccessos . . . lucos' Servius Aen. III 386 11 sq. 'inaccessos . . . cantu' Arusianus VII 505 K. 13 (om. 'odoratam') Arusianus VII 484 K. 14 'arguto p. p. t.' schol. Veron. 74, 20 K. (cf. ge. I 294) 15—20 Macrobius Sat. V 8, 1 15 sq. Eutydis ars V 472 K. 16 'et . . . rudentum' Servius Aen. III 561 VIII 248 georg. III 374 20 de schem. lex. p. 57 H. 21 Servius Aen. III 265 25 'iamque . . . mare' comm. Bern. Lucani V 564 U. 26 Nonius 549, 20

VARIA LECTIO. 10 CIRCEAE *MPRyb* 13 NOCTURNO
INLVGINE *M* nocturna in lumina *test. Arusianus* CEDRUM
FPRy: cf. ge. III 414 14 cf. ge. I 294 telam schol. Veron.
15 EXAUDIRE *Pyc*, *Eutydis Mon. t* exaudiri et eiusdem *Mon.*
f.: fort. exaudirei scriptum erat: cf. Aen. VI 399 16 SERA
FMRyb ferat *c1* SAEVA *P*: cf. 84. *Idem Servius legisse videri*
potest, cum interpretetur: 'quasi eo tempore, quo naturali libertate
uti consueverunt.' cf. ecl. VIII 88 ge. III 467 IV 132 *Aen.* VII 492
18 mugire olim conieci 20 VOLTVS (*crasa ut vid. L., alt. L*
m. rec.) *P VVLTVS FMRbc* 26 INROSEIS *FMPRyb*, *Nonii ex.*:
cf. VI 535 XI 913 'in roseis . . . multi iungunt: inroseis, i. e.

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

VERGILI AENEIS VII

535

cum venti posuere omnisque repente resedit
 flatus et in lento luctantur marmore tonsae.
 atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
 prospicit. hunc inter fluvio Tiberinus amoeno 30
 verticibus rapidis et multa flavos harena
 in mare prorumpit. variae circumque supraque
 adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
 aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
 flectere iter sociis terraeque advertere proras 35
 imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
 quis Latio antiquo fuerit status, advena classem

TESTIMONIA. 27 sq. 'cum . . . flatus' Nonius 368, 12 Servius Aen. III 130 'omnis . . . flatus' schol. Hor. carm. III 3, 30 27 'cum v. p.' schol. Lucani III 523 V 599 Servius ge. I 356 30—34 'hunc . . . volabant' Diomedes I 483 K. 30—32 'hunc . . . prorumpit' Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 39 'fluvio . . . prorumpit' (om. 31) Macrobius Sat. III 1, 2 30 'hunc . . . amoeno' Servius Aen. II 681 IV 663 VII 430 VIII 95. 107 IX 416. 553 'fluvio T. a.' Asper 112, 13 K. 31 Porphyrio ad Hor. carm. I 2, 13 'verticibus r.' Servius Aen. XII 673 'et . . . harena' schol. Hor. carm. I 8, 8 32 'in m. p.' Servius Aen. VII 802 34 'aethera m. c.' schol. Lucani IV 643 Servius Aen. V 524 37 'nunc . . . Erato' schol. Hor. serm. I 5, 53

VARIA LECTIO.

non rubicundis Servius. inrafeif c2 inuafeif c1, unde in variis conieci prol. 346. in croceis Schraderus et Bentleius ad Lucan. IV 125, ut Ausonius in periocha VIII Iliados (sed roseis perioch. VIII Od.) Defendit in roseis Kvičala acad. Prag. III 129 27 tum schol. Lucani V 599 28 FLVCTANTVR (F eras.) R remi m 31 FLAVOS P1 FLAUS FMP2 Rybc 32 praecipitat varia lectio in Moret. tert.: cf. IV 251 SVP-PRAQ. P suppra^{ue} (a m. 2, m. 1 fort. supprema) γ superque Witt. Hoc solo loco apud Vergilium supra correpta u legitur, quod imitatum Statium Theb. IX 114 item circumque supraque, sed semel tantum scripsisse monet Marklandus ad Statiū silv. II 2, 122. Fortasse tamen reliquerat poeta circum supraque: cf. ge. I 364; exitus versus similis VI 11 34 aera Wakefieldus: ita Ovidius fast. I 155 et Petronius 127. aethera in lemm. Servius, nec offendit Lachmannus Lucr. 300 35 socios Mentel. pr. m. 1, aliquot Pieriani 37 hinc est sequentis operis initium;

cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,
 expediam et primae revocabo exordia pugnae. 40
 tu vatem, tu, diva, mone. dicam horrida bella,
 dicam acies actosque animis in funera reges
 Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam
 Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,
 maius opus moveo.
 rex arva Latinus et urbes 45
 iam senior longa placidas in pace regebat.
 hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
 accipimus, Fauno Picus pater isque parentem
 te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.
 filius huic fato divom prolesque virilis 50
 nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est
 sola domum et tantas servabat filia sedes,

TESTIMONIA. 40 'et...pugnae' Servius Aen. VII 481 41 'tu va-
 tem . . . mone' ult. syll. IV 236. 239 K. Servius Aen. II 122 43 sq.
 'totamque . . . Hesperiam' Arusianus VII 509 K. 44 sq. 'maior . . .
 opus' comm. Bern. Lucani I 68 U. 'maior . . . moveo' Donatus ad Ter.
 Andr. prol. 4 'quoniam — ut Mantuanus uates praedixit excelsus —
 maius opus moveo maiorque mihi rerum nascitur ordo' Ammianus
 Marcellinus XV 9, 1 45 'maius o. m.' Fabius Victorinus in Cic.
 p. 197 H. Servius Aen. VII 1 46 'longa . . . regebat' Servius Aen.
 IV 229 VII 42. 162. 601 47 sq. 'hunc . . . accipimus' comm. Bern.
 Lucani II 424 U. 48 sq. 'Fauno . . . auctor' Servius Aen. XII 820
 49 'tu . . . auctor' Nonius 417, 25 Servius et Philargyrius ge. IV 319
 50 sq. Sacerdos VI 468 K. 'filius . . . nulla' Nonius 303, 33. 455, 29
 51 'primaque . . . est' Servius Aen. X 333 52 Nonius 387, 24
 Servius Aen. VI 402 'et...sedes' Servius II 711 V 30 'tantas . . .
 sedes' Servius georg. IV 458

VARIA LECTIO.

ante dicta enim ex superioribus pendent' Servius. Hoc septimi libri
 initium esse voluit Peerlkampus. Integrum folium incipit in R
 tempora, rerum Quis Peerlkampus: tempora rerum coniungunt M
 et Servius 40 BELLA M 41 deest in textu, add. in
 mg. M MONE-ÖDICAM F die hic et v. 42 Voss. alt. 42 funere c
 45 MONEOREX (NE m. 2, N corr. ex V, X corr. ex T
 ut vid.) F 46 placidas] populos Servius Aen. IV 229 VII 162
 placidof c1 N IM F 50 DIVOM (O corr. in V) P DIUUM
 FMybc 51 prima moriens Bentleyus

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

VERGILI AENEIS VII

537

iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
multi illam magno e Latio totaque petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omnis 55
Turnus, avis atavisque potens, quem regia coniunx
adiungi generum miro properabat amore;
set variis portenta deum terroribus opstant.
laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
sacra comam multosque metu servata per annos, 60
quam pater inventam, primas cum conderet arces,
ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.
huius apes summum densae (mirabile dictu),
stridore ingenti liquidum trans aethera vectae, 65
obsedere apicem, et pedibus per mutua nexis
examen subitum ramo frondente pependit.
continuo vates 'externum cernimus' inquit
'adventare virum et partis' petere agmen easdem
partibus ex isdem et summa dominarier arce.' 70
praeterea, castis adolet dum altaria taedis
et iuxta genitorem adstat Lavinia virgo,
visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,
atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,

TESTIMONIA. 53 'iam m. v.' Arusianus VII 492 K. Acro ad Hor. carm. I 23, 12 56 sq. 'quem . . . amore' Servius Aen. XII 31
59 'laurus . . . medio' Servius Aen. XI 547 'tecti m.' Arusianus VII 493 K. 60 Nonius 349, 17 'laeta comam' Porphyrio ad Hor. carm. I 21, 12 'multosque . . . annos' Servius Aen. II 715 61 sq. Servius Aen. VII 136 63 Arusianus VII 494 K. 66 'et . . . nexis' Arusianus VII 502 K. 71 Nonius 248, 1. 440, 9 'castis . . . taedis' schol. Med. ecl. VIII 65 'adolet cum a. t.' Nonius 58, 28 'adolet aras' Arusianus VII 457 K. 74 schol. Veron. 97, 7 K.

VARIA LECTIO. 53 iam plenis] INPLENIS P 54 e magno tacitus Lachmannus ad Incr. IV 1151 55 ante omnes p. unus Moret. sec. 60 sacra] laeta schol. Hor. coma χ, Nonius SUM
63 laurentef χ, Arusianus 64 TALAMUM M: cf. ge. IV 189 et Aen. VII 97 69 PARTIS (I corr. in E) M partef b
71 adolet cum Nonius, (p. 58 adoletque Wolf.) adolendo schol. Med. 72 Ut c1χ, Schaperus, eleganter sane

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

538

VERGILI AENEIS VII

*regalisque accensa comas, accensa coronam 75
 *insignem gemmis, tum fumida lumine fulvo
 *involvi ac totis Vulcanum spargere tectis.
 id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
 namque fore inlustrem fama fatisque caneant
 ipsam, sed populo magnum portendere bellum. 80
 at rex sollicitus monstris oracula Fauni,
 fatidici genitoris, adit lucosque sub alta
 consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro
 fonte sonat saevamque exhalat opaca mephitim.
 hinc Italiae gentes omnisque Oenotria tellus 85
 in dubiis responsa petunt; huc dona sacerdos
 cum tulit et caesarum ovium sub nocte silenti
 pellibus incubuit stratis somnosque petivit,
 multa modis simulacra videt volitantia miris
 et varias audit voces fruiturque deorum 90
 conloquio atque imis Acheronta adfatur Avernis.
 hic et tum pater ipse petens responsa Latinus

TESTIMONIA. 76 'tum . . . fulvo' Servius Aen. II 683 82—84
 'lucosque . . . sonat' Porphyrio ad Hor. carm. I 7, 12 82sq. 'lucos-
 que . . . Albunea' schol. Hor. carm. I 7, 1 schol. Veron. 97, 4
 84 'saevamque . . . mephitim' Priscianus 757 P. Arusianus VII 477 K.
 'exhalat o. m.' Eutydis ars V 477 K. 90 sq. 'fruiturque d. c.'
 Priscianus 1193 P. 91 'atque . . . Avernis' Porphyrio ad Hor. carm. III 18, 1

VARIA LECTIO. 75 Regalef b 77 involvi, atque omnem
 flamma crepitante cremari Ornatum, ac totis Vulcanum spargere
 tectis *huc transpositis v. 74 elementis Peerlkampus. Mihi quoque*
v. 74 sic positus suspicionem movet: ut duplicem poetae manum
agnoscere mihi videar, qui cum primum v. 74 conclusisset descrip-
tionem, candem postea v. 75—77 amplificare, v. 74 autem deleri
voluerit VULCANVM Pybc 78 Id (I m. 2 in ras.) b Hoc cu^s

81 MONETRIS M FAUNI om. m. 1M 83 sacru^u ut
 vid. b1 84 SONAT (T in ras.) R manat schol. Hor. SAE-
 VAM (SAE in ras.) R seram Arusiani cod.: cf. 16 SAEUUM
 Mb1. Huc spectat Servius 'mephitim proprie est terrae putor . .
 alii Mephitin deum volunt Leucotheae conexum . . alii Mephitin
 Iunonem volunt' adnotans MEFITEM R mephitin Witt. mephitim
 testatur Priscianus 89 cf. ge. I 477 92 hinc Bentleius
 tunc c

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

VERGILI AENEIS VII

539

centum lanigeras mactabat rite bidentis
 atque harum effultus tergo stratisque iacebat
 velleribus: subita ex alto vox reddita luco est 95
 'ne pete conubiis natam sociare Latinis,
 o mea progenies, thalamis neu crede paratis:
 externi venient generi, qui sanguine nostrum
 nomen in astra ferant quorumque a stirpe nepotes
 omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens 100
 aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.'
 haec responsa patris Fauni monitusque silenti
 nocte datos non ipse suo premit ore Latinus,
 set circum late volitans iam Fama per urbes
 Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes 105
 gramineo ripae religavit ab aggere classem.

Aeneas primique duces et pulcher Iulus
 corpora sub ramis deponunt arboris altae
 instituuntque dapes et adorea liba per herbam
 subiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat) 110

TESTIMONIA. 93 Gellius XVI 6, 3 cf. Macrobius Sat. VI 9, 1
 94 sq. 'atque . . . velleribus' Servius ecl. VI 53 96 Cledonius V 67 K.
 Macrobius exc. Bob. V 641 K. schol. Veron. 97, 5 K. 'ne p. c.' Dio-
 medes I 427 K. ult. syll. IV 248 K. 'ne . . . natam' ult. syll. IV 219 K.
 'pete c. n.' Porphyrio ad Hor. epist. I 12, 22 97 'thalamis . . .
 paratis' Macrobius exc. Bob. V 641 K. 98 sq. (om. 'generi . . . ferant')
 ult. syll. IV 233 K. 98 'externi v. g.' Servius Aen. VII 234 XI 325
 100 sq. 'qua . . . oceanum' schol. Hor. carm. IV 15, 15 105 'Lao-
 medontia p.' Servius Aen. III 248 106 Servius Aen. VIII 176
 109 sq. 'et . . . epulis' Nonius 52, 25 Priscianus 700 P. 109 'adorea
 l.' Acro ad Hor. serm. II 7, 102 110 'sic . . . monebat' Priscianus
 935. 1064. 1267 P. Servius Aen. I 617

VARIA LECTIO. 93 mactabit γ 2 (mactabat γ 1) mactarat b
 95 fubit^a γ SVBITO M est *om.* b 1 97 cede *Klouček*
 98 VENIENT M PR γ b uenient (*corr. m. rec.*) c ueniunt *Mentel.*,
 χ , *de ult. syll.* 'venient; melius veniunt' Servius: *cf. prol.* 205
 99 ferent *Leid.* A Rbc , *de ult. syll.*: *cf. ge.* I 171 II 312 Aen.
 I 626 III 94 VIII 130 IX 603 ab γ AB MP 101 ASPECTIT
 $P\gamma$ 1 respicit *schol. Hor.* 103 latinus ore b 104 et malit
Peerlkampus 109 herbas $c\chi$ 110 IPSE $PR\gamma$ bc, *Servii* ϕ ,
recte defendit Dietschius theol. Verg. 25, 192 IPSE M ille χ ,

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

540

VERGILI AENEIS VII

et Cereale solum pomis agrestibus augment.
 consumptis hic forte aliis ut vertere morsus
 exiguam in Cererem penuria adegit edendi
 et violare manu malisque audacibus orbem
 fatalis crusti patulis nec parcere quadris: 115
 'heus! etiam mensas consumimus' inquit lulus,
 nec plura adludens. ea vox audita laborum
 prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
 eripuit pater ac stupefactus numine pressit.
 continuo 'salve fatis mihi debita tellus 120
 vosque' ait, 'o fidi Troiae, salvete, penates:
 hic domus, haec patria est. genitor mihi talia namque
 (nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
 "cum te, nate, fames ignota ad litora vectum
 accisis coget dapibus consumere mensas, 125
 tum sperare domos defessus ibique memento
 prima locare manu molirique aggere tecta".
 haec erat illa fames; haec nos suprema manebat,

TESTIMONIA. 114 sq. 'et . . . crusti' schol. Hor. serm. I 1, 25
 'orbem f. c.' Servius ge. III 360 116 Servius in Don. IV 440 K.
 Pompeius V 251 K. Servius Aen. I 321. 736 'heus e. m.' ult. syll. IV
 247 K. 117 sq. 'laborum . . . finem' Nonius 407, 8 120 'salve . . .
 tellus' Servius Aen. VIII 291 schol. Bern. georg. II 173 121 'o . . .
 penates' schol. Bern. georg. II 173 122 'hic . . . est' Servius Aen.
 I 380 122 sq. 'genitor . . . reliquit' Servius Aen. V 47 123 Ser-
 vius Aen. I 188 128 sq. Servius Aen. III 395 128 Arusianus VII
 491 K. 'haec . . . fames' ult. syll. IV 225. 230 K.

VARIA LECTIO.

testantur Priscianus et Servius, probavit Bentleyus: cf. 558 II 779
 ponebat c 112 MORSVS (S pr. m. 2 ut vid. in ras.) P MOR-
 SVS R morsum 'plerique veteres' Pieriani 113 EXIGVA R
 116 confumplimuf ut vid. c1 confumi...muf c2 118 pri-
 mam] primum Menag. pr. 119 ac] ET R 122 hic patria
 est c 122 sq. talia namque, nunc repeto, Wagnerus. talia
 (namque nunc repeto) Fabricius 123 'nusquam legimus, quod
 Anchises praevidisset fame in Italia laboraturos Troianos' Servius:
 cf. III 255 sqq. prol. 82 125 Accessif γ1 Occifif (A atramento
 p.m. 2) b AMBESIS R: cf. III 257 'accisis, undique consumptis' Servius,
 quasi amcisis legisset 126 domuf c1 128 MANEBAN R: cf. VI 84

VERGILI AENEIS VII

541

exiliis positura modum.

quare agite et primo laeti cum lumine solis 130

quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,

vestigemus et a portu diversa petamus.

nunc pateras libate Iovi precibusque vocate

Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.'

sic deinde effatus frondenti tempora ramo 135

implicat et geniumque loci primamque deorum

Tellurem nymphasque et adhuc ignota precatur

flumina, tum Noctem Noctisque orientia signa

Idaeumque Iovem Phrygiamque ex ordine matrem

invocat et duplicis caeloque ereboque parentis. 140

hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto

intonuit radiisque ardentem lucis et auro

ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.

didit hic subito Troiana per agmina rumor

advenisse diem, quo debita moenia condant. 145

TESTIMONIA. 131 'quae . . . homines' Cleonius V 66 K. Nonius 318, 4 133 'nunc . . . Iovi' Donati ars IV 400 K. Pompeius V 307 K. Isidorus orig. VI 19, 32 Beda de trop. 380 C. exempl. cod. Vat. v. 51 Keil. 'pateras l. Iovi' Philargyrius ge. IV 54 133 sq. 'nunc . . . genitorem' Lactantius div. inst. I 15 134 'et . . . mensis' Arusianus VII 506 K. Servius Aen. I 706 VII 146 136 sq. 'geniumque . . . Tellurem' Servius Aen. IX 52 'primamque d. T.' Lactantius div. inst. epitome 19 139 'Iovem . . . matrem' Macrobius Sat. III 1, 2 139 sq. 'Phrygiamque . . . invocat' Servius Aen. V 773 142 ult. syll. IV 227 K. 142 sq. 'radiisque . . . nubem' comm. Bern. Lucani X 503 U. 144 Donatus ad Ter. Phorm. V 7, 30 Servius Aen. VIII 132

VARIA LECTIO. 129 exiliis *Goth.*, quod commendaverat *Burmannus conl.* II 780 EXITIIS *MPybc*, *Servii ad III* 395 *ex. exitiIS R* 131 qui, *om. ve*, *Cledonius* quae *Nonii exempl.*, quod quique *interpretatur novissimus editor* 133 Iovi] deis *Pompeius* 134 Anchifem *b* et vina *r. m. abesse velim: cf. prol. 82, totum versum damnat Kvičala l. l.* 131 135 lauro, *in mg. m. 2* † ramo *c: cf. V 539 lauro Menag. alt., x* 138 Noctis] NOCTI *R*, quod pro dativo accipiendum *sit. noctu Vossius* 140 EREBOQ. (*Q. in ras.*) *R* PARENTIS *M m. 1 ut vid., Pybc1 PARENTES Mm. 2? Rc2* 143 MANVM *M* 144 Deditur *γbc*, *Servii Aen. VIII* 132 *φ* creditur *m* ^v ro. mor (*o post. corr. ex u*), al murmur *γ: cf. XII* 239 145 debita: *cf. 120* condent *c1*

Cambridge University Press

978-1-108-01276-8 - P. Vergili Maronis Opera, Volume 2

Edited by Otto Ribbeck

Excerpt

[More information](#)

542

VERGILI AENEIS VII

certatim instaurant epulas atque omine magno
crateras laeti statuunt et vina coronant.

Postera cum prima lustrabat lampade terras
orta dies, urbem et finis et litora gentis
diversi explorant: haec fontis stagna Numici, 150
hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.
tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
centum oratores augusta ad moenia regis
ire iubet, ramis velatos Palladis omnis,
donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris. 155
haut mora, festinant iussi rapidisque feruntur
passibus. ipse humili designat moenia fossa
moliturque locum primasque in litore sedes
castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum 160
ardua cernebant iuvenes muroque subibant.
ante urbem pueri et primaevo flore iuventus

TESTIMONIA. 147 Beda de trop. 380 C. cf. Aen. I 724 148 ult.
syll. IV 230 K. 151 'hic . . . Latinos' Arusianus VII 477 K.
153 sq. 'centum . . . iubet' Servius Aen. X 80 157 'ipse . . . fossa'
Servius Aen. IX 8 159 Servius Aen. I 5 160 sq. 'iamque . . . ardua'
Maximus Victorinus de rat. metr. VI 222 K. 160 Marius Victorinus VI
163 K. Porphyrio ad Hor. serm. I 8, 43 161 'muroque s.' Arusianus
VII 507 K. schol. Lucani VI 530 Servius Dan. Aen. IV 598 X 797 cf.
Pompeius V 183 K. Servius Aen. III 292 VI 222 162–165 (om. 163)
'ante . . . aut acris arcus aut l. l. s. c.' Augustini regul. V 521 K.
162 sq. 'ante . . . equis' Servius Aen. IX 603 162 'et . . . iuventus'
Isidorus orig. IX 3, 37

VARIA LECTIO. 146 sq. *tibicines videntur* (cf. prol. 82): *defen-*
dere conatur Ladevicius 147 cf. I 724 148 om., in *mg. m.*
rec. add. c PRIMO *R*, de ult. syll. LAMPADA *P*
149 FINES *Mc* gentef *c1* 151 hic] hac *c1* fortet *c*
154 OMNIS (I corr. in E) *P* Post omni^{S DE} rasura fere 13 *litte-*
rarum in γ 158 ESSE *M* 160 TVRRES *PRγ1bc2*
ET (AC sup.) *M* et *γb* LATINORUM (I sup. minio) *M* lati-
norum (orum in ras., m. 1 fort. latinum) *b* Latinorum *testantur*
schol. Hor. et Servius 161 MVROS *R* muro *testantur Arusianus,*
schol. Lucani, Servius: cf. IX 371 subibant, a^I ppinquant *γ*:
cf. VIII 101 XI 597. 621